

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

35. Considerando Passionem tanquam materiam gaudii & triumphi Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

consideratis : quidni cum Divo Bernard
anima exclamet? [„Mirabilis Passio tua
„mine JESU , quæ passiones omnium no
„propulsavit: propitiata est omnibus iniqu
„bus nostris ; & nulli unquam pesti nost
„venitur inefficax. Quid enim tam ad mo
„quod non tuâ morte salvetur.]

MODUS XXXV.

Trigesimus quintus Passionem Domini
quar
tandi modus est: Assumere Pall
geni
Christi meditandam, tanquam materiam in Pa
gaudii, & Patris Æterni, & Christi Domi scrip
totius universi; faciunt ad hoc propositum entia
ba Beati Laurentii Justiniani ita scribentes. cis.
*Lib. de trium
pbali agone* eorum quæ in sacro continentur eloquio, sc̄ exalt
Chr̄stii, c. 20. num valet excitare affectum, mentem erigen gatio
ab initio. perare laborem, peregrinationis tedium auf lenti
eternæ felicitatis spem immittere, quemad meli
Redemptionis humanæ sacrosanctum mysteriū pliū
illo siquidem Divinæ miserationis reseratur igitur
Cælorum aperitur janua, caritatis latitudo delect
ditur, & quantus sit homo apertissimè manif Acce
Vile esse non potest, quod Filii Dei sanguine gæ sa
ratur. Habet in illo Homo, unde gaudent que l
unde tristetur.] Et post pauca Pro tuis fan solo
bus & homo tristare in Christo: atque de ipso ergo
collatis beneficiis lætare in illo. Quibus ex est ip
Patriarchæ verbis colligere est, Passionem omni
nicam, esse posse meditandi materiam, tu censc
gubrem, quam superius tractati ferè on Chr̄st
modi exhibent, tum lætam, & triumphaliter. I
quam in præsenti modo explicamus.

Primum ergo meditari licet, quomodo Passio Christi fuit materia gaudendi Patri Æterni. Nam si gaudium Domini est Fortitudo nostra; quanto magis fortitudo sui Unigeniti: at hæc fortitudo Unigeniti Dei nusquam luculentius apparuit, quam in Passione; Passio igitur Christi, gaudium fuit Patris Æterni. Pari ratione, si Deus delectatur quando nos habet sibi subiectos, & facientes voluntates omnes ejus: ob idque nos vocat Dominus juxta Cor suum: quanto magis delectatus est ex subjectione Unigeniti sui; tanta quidem subjectione, quantam in Passione exhibitam ab illo habuit, quam descripsit Apostolus, Exinanitionem sui, & obedientiam usque ad mortem, mortem autem Crucis. Ad hæc Deus unice delectatur & desiderat exaltationem nominis sui, & gloriæ suæ propagationem, atque perfectionum suarum excellentiissimarum manifestationem: at hanc nemo melius, quam Christus, & hic ipse, nullibi amplius, quam in Passione complevit. Sine dubio igitur Passio Christi Patri Æterno per amplam delectandi, gaudendique materiem exhibuit. Accedit quod Deus Sacrificia antiquæ Synagogæ sèpè gratissimo animo acceptasse, odoremque suavissimum eorum odoratus esse legatur, solo intuitu Passionis Christi futuræ: quanto ergo magis acceptavit; & suavissime odoratus est ipsammet Passionem Christi? Hæc enim fuit omnium sacrificiorum, & holocaustum incensorumque consummatio. Ergo Passio Christi materia fuit gaudii & gloriæ Æterno Patri. Denique certum est, quod Deo nihil sit, post suam ipsius Beatitudinem, quâ beatus est ipse

Ms

ex

ex se, gratius, suavius, gloriōsius, quādērum suorum salus, & beatitudo: atqui h̄i Passio Christi electis procuravit: nihil i⁹ Passione Christi Deo gratius, gloriōsius, jūdiusque, aut fuit, aut esse potuit.

Jam verò ipsi Christi Passionem suamq; triumphique materiam fuisse, multa qui evincunt fidei nostrae mysteria, scripturaq; cr̄e testimonia, sed illud in primis factum Domini, quando imminentē jam Passione pauculis ante diebus, triumphaliter ingredi

Matt. 21.1.

solymam voluit, tanquam præludens Pas̄uæ, quā revera triumphaturus erat de omnib; inimicis Dei, & suis, & generis nostri: triumphalem ingressum suum, immo & riosam Passionem suam, tantò ante voca diem in quo coronavit eum Mater sua, Synagoga, diadema spineo, ornavitque arundineo, induit etiam coccineo vestimentu denique collocavit in alto Crucis throno, etiam Epigraphe, *Iesus Nazarenus, Rex Iudeorum.* Vocaverat diem desponsationis suem lātitia cordis sui. Etsi enim dies ille fuit Lātitia Carnis & sensū ejus; Cordis ejus dies fuit gaudii & triumphi, & desponsis cum sponsa Ecclesia.

Vide infra modum 54. Ad hoc propositum servit & aliud Domini factum, quando nimirum in Thaboreo, paulo etiam ante Passionem transfiguratus est, non solum corpore, sed ipsā veste, non ob aliud, quād quia illā tempore Corporis sui gloriā voluit earni suę pugnum quendam facere, illius gloriæ, illigā idii, quod & tunc jam in anima erat, &

in corpore futurum erat ex fructibus Passionis suæ. Inde est, quod Dominus IESUS in sua gloriofa transfiguratione, per quandam antithesim omnem suam Passionem efformavit: quidquid enim ferme postea passurus erat, horum omnium oppositum, veluti præmium Humanitati suæ passuræ præostendit, atque prægustandum exhibuit. v. g.

I. Erat Christus in sua Humanitate passurus immanissimam vultus sui divini deformationem, ut non esset ei species neque decor; in transfiguratione, facta est species vultus ejus altera: E resplenduit facies ejus sicut Sol.

II. Erat Christus Passurus vestis albæ, seu splendentis ludibrium: in transfiguratione facta sunt vestimenta ejus splendentia E candida nimis, velut nix.

III. Erat Christus in Monte Oliveto coram solis, Petro, Jacobo, Joanne in oratione ad Patrem agonisaturus, & sudaturus sanguinem: in monte quoque Thabor, coram iisdem solis tribus, facta est, cum oraret, species vultus ejus altera, & totum corpus ejus gloriosum.

IV. Erat Christus ab Anna & Caipha Sacerdotum & Synagogæ Principibus, reus mortis damnandus: in monte Thabor Moyses E Elias visi in maiestate loquentes excessum ejus, quem completerus erat in Hierusalem.

V. Erat Christus à gente sua & Pontificibus suis tradendus & abnegandus omnino, & ab iisdem tanquam ementitus Dei Filius, in Cruce sugillandus & illudendus: In Monte Thabor, Pater cælestis confitetur eum filium suum dilectum.

*Luc. 9.28.
Matt. 17. 2.*

Marc. 9.2.

Luc. 9.31.

VI. Erat Christus toto corpore flagrante
conscindendus, spinis coronandus, confundendus, alapis cædendus; in transfigurationem effectus est, gloriâ & honore coronatus, majore, quam Solis est vestitus.

VII. Erat Christus inter latrones mortificandus: suspendendus: in Monte sancto, inter Moysen & Eliam, majestate utrumque plenum, spicitur.

VIII. Erat Christus felle & aceto cibis potandusque; in transfiguratione gustum crucifixionis suæ percepit, & calici Passionis, etiam transfigurationis præbabit.

IX. Erat Christus in sua Passione obscurus Sole, & Lunâ, tenebris involvendus, & vel luminaribus Cæli lugendus; in monte sancto & ipse totus resplenduit, & Moyses Elias & Iohannes Majestate visi sunt, & discipulos nubes lucidum umbravit.

X. Erat Christus postquam in Crucem mansus exspirasset, post terræ motum, post fulmines, post monumenta Sanctorum aperte plerisque glorificandus, & quod verè Filius esset: confitendus. In monte etiam Thabor adiungunt sancti Moyses & Elias, & Pater calix ipse JESUM filium suum dilectum atque chrysimum denuntiat.

Hebr. 12. 2. In hunc modum Dominus noster proponit.
2. Petr. 1. 12. sibi gaudio, & magnificâ gloriâ & honore in monte Thabor, contempsa confusione, sustinuit crucem.
Joan. 18. 11. te Thabor, contempsa confusione, sustinuit crucem. Et quasi calicis unius haustus esset, suaviter aperit, totam Passionem exhaustum.

Marc. 14. 36. Servit & huic Proposito, quod Dominus
Luc. 12. 50. JESUS Passionem suam ut plurimum calicem, & viuere.

Baptismum vocitare solitus fuerit, quasi illi
Passio sua solatii, gaudii, jucunditatisque im-
mensæ, & interminatae, molestiæ verò valde exi-
guæ, & omnino transitoriae, unicoque haustu
exsorbenda causa futura esset. Unde etiam A-
postolus non dubitat affirmare, Christum Do-
minum, proposito sibi gaudio sustinuisse Cru-
cem, confusione contemptâ. Jam si quis con-
sideret in Christo Domino Charitatem, Obedi-
entiamque erga Patrem Æternum, studium
promovendæ gloriæ ipsius, tam in terris, quam
in Cœlis per Redemptionem humani gene-
ris: quæ fuit illi singularissimè proposita ab Æ-
terno Patre, tanquam medium unicum atque
præcipuum glorificandi Patrem in oculis univer-
sitatis, dubitare non poterit, summi gaudii, ex-
ultationisque materiam fuisse Christo, Passio-
nem suam: quam ob causam à Davide describi-
tur Christus Dominus, *exultasse ut Gigas ad cur-
rendam viam vite mortalis*: Et præceptum de
morte acceptum à Patre, deposuisse *in medio
cordis sui*, instar amabilissimi & pretiosissimi pi-
gnoris, à Deo Patre sibi oblati: hinc dissuaden-
tes, aut impedientes Passionem suam, nunquam
non molestè audiit, nunquam non durè excepit.
Nimirum Passio, fuit Christo Campus quidam
ingens exercendæ charitatis suæ, obedientiæque
erga Patrem: fuit materia, immò, ut ille vocare
solebat, cibus unicus propriusque, explendæ
fami suæ apparatus, per expletionem Paternæ
voluntatis. Accessit odium peccati, quo Chri-
stus immensè flagravit, abolereque de mundo,
& ab oculis Patris Æterni per sanguinis sui dilu-
vium amovere, inter felicitates suas magnas re-
puta-

Ps. 18. 6.

G. Dr. Bickl
open: accl:

Tomus III

N: V
58

putavit. Accessit etiam zelus justitiae, qui mulabatur ad resarcendam condigne laesam iestatem Dei. Accessit Amor salutis nostrae studium reconciliationis nostrae cum Patre terreno, & sitis erectionis ex servitute peccati que diaboli, & damnationis aeternae, collonis vero nostri in beatitudine, gratia, gloria cœlesti, quæ sitis tantâ fuit in Christo, ut

Cant. 8. 6.7. dictum sit illud in Canticis. *Fortis ut non
etio, dura sicut infernus æmulatio : lampada
lampades ignis, atque flamarum. Aqui
non potuerunt extinguere charitatem, nec
obruent illam : si dederit homo omnem sub
domini suæ pro dilectione, quasi nihil despici
quod ad literam à Christo in Passione pro
suscepta impletum est ; quamvis enim
illa fuit tanquam mare vastum, quamvis
rit tanquam infernus hujus vitæ, quamvis
potestates tenebrarum, fecerint in ea de
quidquid tandem voluerunt, obruta tam
omnis ista violentia, & æmulatio inferni
aquarum, & sepulta in charitate Christi ergo
ad eo ut exhausto ad imum Passionis calicis
necdum suæ Charitatis ardore refrigerato
maverit in Cruce insuper, *Sitio*, & licet
nem substantiam suam, domus suæ, Humanum
nempe, Animam, Carnem, Sanguinem,
reliquaque omnia profundisset, quasi tam
fudisset nihil, post resurrectionem suam ob
pœnè & ignarus, quid nuper in Passionis
egisset, interrogat duos discipulos in Emmau
tes, Quænam gesta fuissent in Hierusalem,
ximis diebus. Hæc ergo Charitas Christi,
lens ad plenum triumphare de Christo, quæ*

minem habuit unquam magis sibi subjectum atque subditum, Passionem adornavit, in qua totum Christum circumduxit, & veluti triumphabunda sese ostentavit, fecitque in eo quæcunque voluit. Mitto alia capita quæ ostendunt, Passionem fuisse Christo materiam triumphi gaudiique, quorum longa series adhuc pertexi posset: concludo illo unico, quod copiosè recenset explicatque Apostolus, qui cum dixisset, quomodo Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, quâ dilexit nos, & cum essemus mortui peccato, convivificavit nos in Christo (cujus gratia sumus salvati) & conresuscitavit, & condere fecit in Cœlestibus, in Christo Iesu, ut ostenderet in seculis supervenientibus divitias gratiae sue in honestate super nos in Christo Iesu. cum inquam, hæc admiranda, & planè ineffabilia dixisset, post pauca subdit. Eratis sine Deo in hoc mundo, nunc autem in Christo Iesu, vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope, in Sanguine Christi. Ipse enim est Pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceræ solvens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso, in unum novum hominem, faciens Pacem, & reconciliat ambos in uno corpore Deo per Crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Quod est dicere, Deum Patrem, nimiâ Charitate suâ impulsum in nos, objecisse Filium unicum Passionis: Filium autem ipsum, Amore & studio pacificandi Deum cum Hominibus, Cœlestia cum terrestribus, Israëlem cum Gentibus, Sanguine suo tabulas pacis conscrispisse, Passione suâ pacta conventaque firmasse, morte tandem suâ, totum fœdus testamentumque validum & irrevocabile reddi-

Eph. 2. 4.

Ibid. v. 13.

G. D. 12.
S. 12.
Oper. accl.

Tomus III

N. V
58

reddidisse, & per hoc gloriosum illud n-
cum re Principis Pacis obtinuisse.

Denique, toti universo, Passionem C T
materiam gaudii esse, jam ex prædictis sati- ta
stat. Nam *in primis* tota rerum universita- & Do-
cato primo turbata, & veluti sauciata, Pa- do su-
Domini Jesu instaurata est, & ordinis suo Berna- appor-
statui, quietique restituta. *Deinde* Angelica D
turæ ruinæ, per Passionem Christi infi- atque impletæ sunt; haud dubiè non *stus A*
eius solatio & gaudio. Denique humano videlic
ri, Passio Domini materia gaudii, exulta Dol
lætitiaque inenarrabilis fuit, tam indu in Pas-
quàm indubitatum est, extremè collapsum quem
genus nostrum, & consurgere convalecsum: c
ex casu, nonnisi per passionem Christi po- ter sib
Quocirca de Patre fidei Abrahamo, ipse C
Dominus testatur; eum, quando pro Filio confid
arietem in spineto cornibus hærentem immo
tunc in mysterio agnovisse mortem profur
Dei, diemque Christi tunc vidisse, viden
gavismus esse. Non enim Sanctus Abrah
avis est, pro Filio arietem à se immolatu
potius exultavit tam pro se, quàm pro
quàm pro universo genere humano, ob
immolandum Dei Filium, propter quod neus.
Gen. 22. 16. *dit* loco illi nomen (*in monte Dominus v*) doloru
Pluribus bona humano generi ex Passione
sti enata recensere, nec hujus loci est, & in m
necessarium est, & hæc meditando potius
Iegendo pius animus scrutari, ac in gra
actionem perpetuam, incessabilemque lat
& Christi Passi Amorem inextinguibilem,
ac magis semper accendi debet.

MC

V. P